

Aduertencias para

tenebitur habere illam scientiam, quæ ad ho-
rum expeditionem est necessaria, alias in suf-
ficiens iudicandus est Curatus, qui his ca-
ret, cum vnuſquisq; de iure teneatur illa ici-
re, quæ pertinent ad officium suum, & sine
quorum scientia recte expedire, quæ officij
sunt, non potest, vt dictum est, & per confe-
quens ab olui non poterit à Confessore, quia
est in malo statu.

¶ Quæres forsam, Tāgant ne ea quæ dicta
sunt Regulares Parochi officiū exercētes in po-
pulis Indorū? Adhoc reip. per sequētes verit.
¶ Septima veritas. Si regularis acceptauit
Ecclesiam Parochialem populorum Indorum
vt Curatus abiſq; dubio tenetur in omnibus
ac per omnia ad quæ Curatus Sacerdos ſecu-
cularis tenetur, quia idem officium est viri
uſq; & nulla appetet exceptio. Item quia ob-
ligatio Curati ad ea, quæ dicta sunt est de
iure naturali, quia est ratione officij in quo
formalis, vel virtualis obligatio, & promis-
ſio ad ea facienda interuenit, dum dictum of-
ficiū Parochi acceptat ut Curatus, & ad il-
la, quæ diximus tenetur ratione Iuris Cano-
nici, hoc præcipientis Curato, & ad ista Cu-
ratus etiam Regularis obligatur, cap. Cog-
nos-